2976 Praeneste in horto Nicolai Antonii SVAR. f. 257, in d(omini) Colitze horto seu vinea IDEM adscripsit ad f. 262.

M · ANTISTIV|*s* ...
IIIIVIR · A|*ug fecit sibi et*
PLAETORIA|*e*
ET · LIBERT|*is*
POS|*terisq*

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 257; exemplum paulo diversum legitur scriptum manu ignota (eadem quae sola servavit n. 2942) inter Suaresiana cod. Vat. 9140 f. 262 Suaresio missum a cardinale Barberino a. 1661.

1 ANTISTI, 5 BO f. 262.

2977 basis marmorea FIC. Praeneste paucis abhinc annis rep. GVD. Inter Praenestinas, loco non adnotato ANON.

M · AVRELIO · AVGG · LIB
AGILIO · SEPTENTRIONI
PANTOMIMO · SVI · TEMPORIS
PRIMO · HIERONICAE
SOLO · IN · VRBE · CORONATO
DIAPANTON · AB
IMPP · DOMINIS · NOSTRIS
SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG
PARASITO · APOLLINIS
ARCHIERI · SYNODI · IIIIII · VIR · AV*g*
HVIC · RESPVBLICA PRAENESTIN
OB · INSIGNEM · AMOREM · EIVS · ERGA
CIVES · PATRIAMQVE
POSTVLATV · POPVLI · STATVAM
POSVIT · D · D

Gudius ms. 665, 2. 3, ed. 108, 5 'ex autographo Francisci Stelluti Fabrianensis'; Anonymus Barberinianus f. 244 (inde Suaresius Praen. f. 28 [errore typographi 36] neglegenter; ex hoc Mur. 659, 1; Ficoroni de larvis p. 42 auctore non laudato, pessime; Vulpi 9 p. 171; Cecconi p. 190, qui citat etiam Gudium; Petrini p. 315 n. 8). Orelli 2627.

10 fin. AVO Gud. ms., AVG Gud. ed., A\| Anon. — 14 POSTVLATO Gud. ms. — 14 fin. ST| Anon. — 15 alteram D om. Anonym. — O parvas dedi ex Anonymo.

M. Aurelio Augg. lib. Agilio Septentrioni, pantomimo sui temporis primo, hieronicae solo in urbe coronato diapanton ab impp. dominis nostris Severo et Antonino Aug(ustis), parasito Apollinis, archieri synodi, (se)vir(o) Au[g(ustali)] cet. Eiusdem pantomimi titulus positus a Lanuvinis est supra n. 2113.

2978 lapis triennio elapso repertus in vineis seminario Praenestino sub Colle Arcus addictis, me inducente fuit repositus in musaeo perillustris Stephani Fantoni PENNAZZ. Praeneste in viridiario Fantoniorum BIANCH. Rep. *in quella contrada del territorio Prenestino che dicesi Boccapiana*, deinde apud Cecconium CECC. *Nel mio atrio* PETR. Ibi extat.

C · AVRVNC|*EIVS C* · *f.*
COTT|*A*
COLONIS · INCOL|*IS* · *HOSPITI*|*bus*
ADVENTORIBV|*S* · *SERVISQ*|*ue*
EORVM
LAVATIONEM · EX · |*SVA* · *PECV*|*nia*
GRATVITAM · IN P|*ERPETVO*| *m dedit*

Descripsit de Rossi. Paulo pleniorem descripserunt Pennazza ms. qui exhibet bis; Bianchini cod. Ver. 353 f. 60; Cecconi p. 79. Talem qualis nunc est dedit Petrini p. 332 n. 22.

Quae perierunt dedi inclinatis. — 1 C · AVRVNCEIVS · C · Penn. Bianch., C · AVRVNCL... Cecc. — 3 HOSPITI| Bianch., HOSPITIB.. Cecc., HOSPITIBVS Penn. — 4 SERVISQVE, 5 cum v. 4 coniungit Penn. — 7 INPERPETVO etiam Petrin.

2979 Zagaroli in Annunciata IVC., Zacharoli SAB. In aede S. Mariae de colle in castro Zagaroli prope Praeneste ALC. Zagaruoli, tertio a Praeneste lapide, extra oppidulum in ecclesia monasterii, allatum ex nymphaeo quod sub radice montis fuit, ubi adhuc fons pulcherrimus SMET. In coenobio Franciscanorum conventualium SVAR. GIORG., prope portam coenaculi fratrum min. conventualium muro affixum MAR. Ibi frustra quaesivit DE ROSSI.

C · AVRVNCEIV|*s c. f*
COTTA
COLONIS · INCOLIS · HOSPIT|*ibus*
ADVENTORIBVS · SERVISQV|*e*
EORVM
LAVATIONEM · EX · SVA · PECVNIA
GRATVITAM · IN · PERPETVOM · DEDIT

Iucundus Ver. f. 221, Magl. f. 179 (inde per Gorium Mur. 470, 9); ex Iucundianis, sed meliore exemplo quam nostri codices Iucundi, P. Sabinus Marc. f. 247', item codex Corvisierii nunc Berol. A 61 o p. 35; aliunde puto Alciatus Feae f. 121'; Smetius ms. Neap. p. 16, ed. 10, 3, ubi dicit exscripsisse Pighium; item a Pighio puto habuit Lipsius ms. f. 1'. Ex Smetio ms. sumpserunt ut videtur Panvinius Vat. 6035 f. 129 et Manutius Vat. 5241 p. 51, orth. 657, 23 (ex hoc puto Caesar Orlandius de urbis Senae antiquitate, fortasse etiam Ligorius Taur. vol. 8, ex quo rursus repetiverunt Gudius ed. 76, 2 et Vulpi 9 p. 269); ex Smetio ed. Grut. 181, 1, qui citat etiam Orlandium (ex Grut. Vulpi 8 p. 302). Solos vv. 4—7 descripserunt Suaresius Vat. 9140 f. 256; Giorgi sched. Casanat.; Marini Vat. 9127 f. 272. Orelli 3326.

Versuum divisionem antiquam retinet praeter alios etiam Sabinus, nisi quod v. 5 cum v. 4 coniunxit, non retinent Iucundus et Alciatus. — 1 AVRVNCEIV| Alc. Smet. ms., AVRVNCEIVS Smet. (ed.), ARVNCEIV.. Sab., ARVNCEIVS Iuc., AVRVNCEIVS correctum in ARVNCEIVS cod. Corv., AVRVNCVLEIVS Lips., AVRVNCEIVS·C·F... Lig. — 3 HOSPIT Alc. Smet. Lips., HOSPITIBVS Sab., HOSPITIVM cod. Corv., OSPITIVM Iuc. — 4 SERVISQV| Smet. Lips., SERVISQ. Giorg., SERVISQVE reliqui. — 7 IMPERPETVOM Iuc. (Ver., non Magl.) Sab. Suar., IMPERPETVA cod. Corv.

Notus est L. Aurunculeius Cotta C. Caesaris in Gallia legatus, qui periit anno 700 (Caes. b. G. 4, 22. 5, 24 seq.); hunc in mente habuerunt Panvinius et Lipsius, cum ille in n. 2979 v. 1 pro AVRVNCEIV| Smetii vel Pighii exhibuit AVRVNCVLIVS, hic AVRVNCVLEIVS; eodem consilio nescio quis in ipso Smetii codice Neapolitano inter C et E adscripsit signum *V*, quo ad additamentum aliquod in margine adiciendum relegaret, sed id additamentum desideratur. — *Auruncei*us et *Aurunculeius* nomina licet ed eandem stirpem redeant, tamen non minus diversa sunt quam *Herennius* et *Herennuleius*, certe aetate Ciceroniana et sub primis imperatoribus (cuius aetatis sunt hi tituli) non potuerunt adhiberi promiscue, nec quidquam indicat hunc civem Praenestinum ad legatum Caesaris occisum a. 700 stirpe vel affinitate pertinere.

Simillimi sunt tituli Teramenses huius Corp. vol. IX n. 5074. 5075.